

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Æqualitas hæc est, quod in remotis à terra ad medias distan-
tias proximè acceditur: in vicinis Marte & Venere, motoria distan-
tia vtrinque vicinior est terræ, quàm Copernicana media.

Vides etiam nusquam, nec excludi loco suo corpus, neque or-
dinem turbari, sed ad minimum, hiatum tantum inter medias di-
stantias patère, qui corpus recipiat. Vt si quis maximè motorias
hæcæ pro optimè demonstratis acceptare velit (quo de dubitatur
tamen) is modum fortassis interpositionis corporum tollat, inter-
positionem ipsam non tollat. Ferè enim indicant motorix, quasi
duo exteriora similia similiter inter medias intersint, duo interiora
similia inter mediam & extremam, nempe dodecaedron ab ima
Martis ad mediam Terræ, Icosaedron à media Terræ ad summam
Veneris. Tetraedron verò etiam suis fruatur priuilegijs, atque inter
vtramque extremam intersit. Verùm hæc omnia suo loco censean-
tur, nempe ex incertis extructa numeris motoriarum, nec in alium
finem, quàm vt extimulentur alij ad conciliationem: ad quam vi-
am præiui.

CAPVT XXII.

Planeta cur super æquantis centro æqualiter moueatur.

DIDICISTI modò, Lector, etiam imperfecta cogno-
scere, quo minus metuo, te vltimam hanc & frigidam
catastrophem explosurum. Vltimò autem referre vo-
lui, cum quia vltimo loco habeo: tum quia cum mo-
tibus cohæret, nec expediri sine X X. capite potest,
quamuis ad XIII. propriè pertineat, vt iibi monitus es.

Cum hanc figuralem cœlorum proportionem Mæstlini cen-
suræ subiecissem: is me de superiorum epicyclijs monuit, quos Co-
pernicus loco æquantium introduxit, qui que duplo maiorem effi-
ciant orbi spissitudinem, quàm Planetæ ascensus descensusque re-
quirit. Et in inferioribus quidem alij motus sunt, quibus Planeta
ad omnem illius epicycli altitudinem euehitur, ad omnem eius
humilitatem descendit, vnde in illis pro eccentrepicyclo eccen-
trus eccentrici à Copernico assumptus est: in Mercurio verò pecu-
liaris quædam diameter, per quam accedit & recedit à Sole. Simi-
liter

*Vide Tabu-
lam. IIII.
cap. XIII.*